

perpetuum habendam, et irrevocabiliter, perhenniter possiden-  
dam. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuere pre-  
sumpsert; ira dei omnipotentis plenarie incurrat, et insuper  
regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum quod  
super hoc vobis intulerit; duplatum restituat. Facia carta in  
burgis, ERA M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup>, V<sup>to</sup> kalendas februarii.  
Et ego Rex Aldefonsus Regnans in castella et Toleto hanc car-  
tam quam fieri jussi; manu propria roboro et confirmo. *Signa-  
tura real rodada y en su circunferencia interior:* Signum  
Aldefonsi Regis Castelle. *Alrededor de la signatura:* Gonzal-  
vus roderici maiordomus curie Regis confirmat. Alvarus nunii  
alferiz Regis conf. *Subscripciones: Primera columna:* Mar-  
tinus toletane sedis archiepiscopus hyspaniarum primas conf,  
Marinus burgensis episcopus conf, Aldericus palentinus episco-  
pus conf, Martinus Oxomensis episcopus conf, Rodericus se-  
gonlinus episcopus conf, Gundissalvus secobiensis episcopus  
conf, Jacobus Abulensis episcopus conf, Julianus conchensis  
episcopus conf, Johannes calaguritanus episcopus conf, Comes  
Petrus conf. *Segunda columna:* Didacus lupi de faro conf,  
Rodericus diaz conf, Petrus garsie de lerma conf, Petrus gonzalvi  
de marannone conf, Lupus sancii conf, Gomicius petri  
conf, Alfonsus telli conf, Guilelmus gonzalvi conf, Guterius diaz  
merinus Regis in Castella conf. *Final:* Didaco garsie existen-  
te Cancellario; Petrus domini Regis notarius scripsit.

## D. X

*Crismón.* EGO URRACA Gratia dei hyspanie Regina,  
filia piissimi Adefonsi Regis, una cum filio meo Adefonso Rega-  
li diadema coronato, senioribus sancti Petri cluniaci, et vobis  
domino Petro priori sancte Marie de Naiara, et ecclesie vestre  
videlicet beatissime Regine virginis Marie, et senioribus ejusdem  
loci servientibus, facimus textum donationis et scripturarum  
firmitudinis. In primis de illa albergaria ad opus pauperum,  
deinde sanctum Georgium de olia castro, et Covam cardelem,  
et villam Almundar, et ecclesiam sancti Martini de ouka, et  
ecclesiam sancti Romani de galinero, et ecclesiam sancte columbe circa Najaram. Et has supradictas ecclesias et heredita-  
tes, damus cum omnibus suis directis, et adicimus illud decimum  
de illo portatico, de ogronio, et de Naiara. Et insuper confir-  
mamus vobis et ecclesie vestre, omnes illas ecclesias et heredi-  
tates, et villas, et testationes, quas parentes mei et pater meus  
Rex dominus Adefonsus, et comites et principes, ecclesie vestre

tradiderunt; pro remedio animarum suarum. Et hoc facimus pro amore sancte virginis Marie, et apostolorum principis petri, et pauli, ut intercessione vestra, et aliorum bonorum hominum, abeis et hic et in futurum remuneremur. Quod si vero aliquis homo contra hoc factum nostrum ad intrupendum venerit, et hoc testamentum infringere temptaverit; ex parte domini nostri ihesu christi, et sancte virginis Marie, et apostolorum Petri et Pauli, et omnium coronatorum ac fidelium dei; sit excommunicatus et a corpore et a sanguine dominico separatus, et cum iudea domini traditore dimersus, et habeat communionem cum sathanam et cum angelis ejus, et ecclesie vestre duplet quantum calumpniaverit, et insuper pariat sancto petro de cloniago, centum libras auri, et hoc nostrum donum semper maneat firmum. Facta carta donationis ERA M.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup> et die XI.<sup>o</sup> Kalendas febrouarias. Adicimus adhuc quamdam villam quam oblivious manus pretermiserat; circa Naiaram, quod dicitur aleison, circa maiarres, et insuper quoddam monasterium in asturiis; sanctam Mariam de portu. Ego urraca gratia dei Regina hyspanie, una cum filio meo Adefonso, hanc cartam confirmo et signo roboro.

*Signatura: Dentro:* URRACA. Ego Adefonsus una cum matre mea Regina domna URRACA hyspanie Regina hanc cartam confirmo et roboro. *Signatura: Dentro:* ADEFONSUS.

*Subscripciones: Primera Columna:* Bernaldus sancte Romane ecclesie Legatus et Toletanus archiepiscopus confirmat, Paschasius Burgensis episcopus conf, Petrus palentie episcopus conf, Didacus Legionensis episcopus conf, Pelagius Ovetensis episcopus conf, Pelagius Astoricensis episcopus conf, Petrus Ansuriz comes conf, Petrus gonzalvez comes conf, Suarius ver mudiz comes conf, Didacus Lupiz conf, Petrus velazquez conf, Didacus diaz conf, Gutier fermandiz majordomus palacii Regine conf, Petrus gotierez conf, Gonzalvus gutierrez conf, Petrus nuniz conf. Gutier roderikiz conf, Censemirus lopiz conf.

*Segunda columna:* Dominicus michaelez conf, Petrus juvaniz conf, Antolin martinez conf. Johannes de sancto sepulcro conf, Guilielmus borel conf, Dolzon conf, Ponzius de Naiara testis, Petrus lambert t. Orig kalaborda t. Petrus almarigus t. Zidi t. Vilidi t. Garcia fortunionis t. Garcia nuniz t. *Final:* Fernandus petriz notarius Regine quod scripsit confirmat. et signo roboret  
*Signatura del notario:* Una cruz radiada con adornos prolongados hacia la derecha.